

nullus dubito ; ea tamen meam subterfugisse notitiam
 condonabis tum tenui bibliothecæ, tum temporis angustia.
 Ceterum penes B. L. vanis cauillationibus non obnoxium
 esto iudicium. Sin bene ipsi placuerit, Deo mecum gra-
 tias persoluat pro concessis viribus ; sin male, crescente fa-
 cultate meliora sperabit.

COROLLARIA.

I.

Præ-Adamitæ ex Scriptura Sacra de-
 monstrari non possunt, quæ sola huius rei te-
 stis esse debet.

II.

Rusticus, vt creatura DEI, omni hono-
 re dignus censetur.

III.

Eruditio potest existere etiam in homi-
 ne, omnibus libris destituto.

III.

Eruditus ceteris merito præfertur.

V.

Accentus græci antiquitus non sunt ad-
 hibiti, sed sunt nouum inuentum.